ptimus ait. Ego iſta aſſidue meditoꝛ ⁊ ſine
intermiſſione colloquoꝛ mihi fidem. ſpē et
caritatem vt ſpe gdeꝫ gaudeā. dilectione
vero neminē aliqñ contriſtē ⁊ fide coꝛꝛo/
boꝛē. Octauꝰ ait. Ego volentē diabolꝫ
expectoꝛ: querētē quē deuoꝛet. et vbicūqꝫ
ierit expecto illū interioꝛibus oclis meis
⁊ dominum deum aduerſus illū īterpello
vt ſine effectu maneat ⁊ ī nullo ꝑualeat.
maxime ī timētibꝰ deū. Nonꝰ ait. Ego qͦt
tidie eccleſiaꝫ ītellectualiū ꝟtutum expe
cto dñm glorie. ī medio earū video. ſuper
oēs ſplēdētē. Qñ aūt abſcedā ab eo aſcen
do ī celū expectās admirandas pulchꝛitu
tudies angeloꝛuꝫ ⁊ qͦs emittūt hymnos in
ceſſabiliter deoꝛ dulces eoꝝ cātilenas: di
ſeroꝛqꝫ ſonis ac vocibꝰ ⁊ ſuauitate. vt libe
at remiſci qđ ſcriptū ē. Celi enarrāt gloꝛiā
dei. ⁊ opa manuū eiꝰ āñūciat firmamtū. et
oīa q̄ ſuper terram ſūt. vt ſicut cinerem ⁊
ſtercoꝛa opinoꝛ. ¶ Decimus ait. Ego āge/
lum meū aſſiſtētē mihi iuxta me expecto.
⁊ cuſtodio me metipm. qđ ſcriptū ē remi/
niſcens: ꝓuidebā dñm in cōſpectu meo ſē
per. qm̄ a dextris ē mihi ne cōmouear. Ti
meo igit eū vt cuſtodiētē vias meas. et qͦt
tidie aſcēdenteꝫ ad deū ⁊ inſinuātē actus
meos ⁊ ꝟba. Vndecimus ait. Ego pſonaꝫ
imponens ꝟtutibus veluti ſī abſtinentie.
caſtitati. benignitati. dilectioni in meipſuꝫ
ſteti. ⁊ circundans mihi illas: ⁊ vbicūqꝫ ie
ro dico mihipſi vbi ſunt ſequaces tue. Ne
puſillanimis ſis. ne deficies: habens iuxta
te ea ſemper. Quecūqꝫ libent loquere de
ꝟtute vt poſt moꝛtem teſtificentur de te
coꝛam deo: quia inuenerunt requiem ī te.
¶ Duodecimꝰ ait. Vos quidem pr̄es cele
ſtem habentes cōuerſationē celeſtē ⁊ ſa/
pientiam poſſideris. Nihil mirum. Eleua/
tos vos operibꝰ video: ⁊ ſuperioꝛa ſectan
tes. Quid dicam: Virtute enim etiā trāſ/
poſiti eſtis terrā: voſmetipſos ex toto ali/
enantes ab ea. Quid dicam: Vos terre/
nos angelos ⁊ celeſtes homines dicens: ñ
peccauerim. Ego vero me his idignuꝫ iu
dicans peccata mea vbicunqꝫ iero pꝛece/
dunt me ſemper: ad dexteram et ſiniſtraꝫ
in infernum vero adiudicaui meipſum di
cens. Eſto cum his quibus dignus es: iſtis
poſt modicum annumeraberis. video igit
ibi pares gemitus et inceſſabiles lachꝛi/
mas: que a nullo referri queunt. Aſpicio
quoſdam ſtridentes dentibus et ſalientes
toto coꝛpoꝛe: et trementes a capite vſqꝫ
ad pedes. Et iactans me ſuper terram. ⁊
amplectēs cinerē depꝛecoꝛ: deū nūq̄ꝫ ca/
ſuum me illoꝝ experimenta accipere. Vi
deo et mare ignis bulientis immēſibile: ⁊
circūflētes et mugientes vt putēt aliq vſ
qꝫ ad celos attigere. Fluctꝰ ignis et ī tre
mēdo illo mari inumerabiles homīes de
iectos ab agreſtibus: et vna voce omnes
illos clamates et vlulantes ſimul: quales
nemo ſuper terram vlulatꝰ et voces audi
erat: et ſicut arētia omnis virgulti crema
re miſericoꝛdia autē dei auertente ſe ab il
lis pꝛopter iniuſticias eoꝝ. Et tūc lamēto
genus hominū quomodo audeo loqui: vt
cuilibet attendere tantis mundo repoſitis
malis. Et in his teneo mentem meam lu
ctum meditās quod ait dominus. indignū
me celo et terra iudicans reputāſqꝫ quod
ſcriptum eſt: facte ſunt mihi lachꝛime mee
panes die ac nocte. Hec ſapientium et ſpi
ritualium reſponſa patrum. Et veniat ⁊ ī
nos digna memoꝛia vt narrationem con
uerſationis opere oſtendere poſſimus vt
facti inuituperabiles et perfecti et irrepꝛe
henſibiles: placeamꝰ ſaluatoꝛi noſtro. Cui
eſt honoꝛ et gloꝛia in ſecula ſeculoꝝ Amē

¶ Finit quarta pꝛīcipalis pars huiꝰ opis:

¶ Sequitur opuſculum pꝛo concluſione
annexum de virtutum laude et effectu ī/
titulatum ¶ Incipiunt capitula ſubſeq̄n
tis opuſculi.


¶ Ammonitio de laude caritatis. ⁊ q̄uo
cunctis virtutibus ꝓferātur: ca. j.
De humilitatis et caritatis ꝯnexiōe. ca. ij.
De obediētie bono eiuſqꝫ laudibꝰ. ca. iij.
De ꝟtute cōtinētie āmonitio: ⁊ ꝙ ꝯtinētia
ñ ī vna: ſꝫ ī mltis neceſſaria ſit rebꝰ. ca. iiij.
Cōtinētia etiā ī viſu neceſſaria eſt. ca. v.
Đ ꝯtinētia locutōis āmōitio ſalutaris. c. vi.
De viliū veſtimētoꝝ appetitu. ca. vii.

De eo ꝙ illa que ſupradicta ſūt.cū diſcretiōis virtute debeāt perfici: ca.viij:
De compunctiōis bono q̄ maxime ex mortificatiōe naſcitur. ca.ix.
Qualis debeat eē ipſa cōpūctio. ca.x.
De mō orādi. Et quid ſignificet ꝙ dñs oraturus in montem aſcēdit ca.xi.
De pugna viciorꝝ aduerſus virtutes.
Et ſpecificato conſilio qualiter vicia inſidieq̄ȝ hoſtis antiqui vitentur. ca.xij.
Exhortatio de ſtudio legendi. ca.xiij.
Ammonitio neceſſaria d̄ aduerſis tolerādis paciēt: infirmitateqȝ amāda. ca.xiiij.
De vēia peccatorū ſpanda q̄uis ſint innumerabilia: Pēitētia qȝ theodoſij īperatoris ꝓ cauſa exēpli ſubiſert.ca. xv.
De lectione. ca.xvj
De pace. ca:xvij.
Epl̄a bti Macharij ad mōachos.ca.xviij

Ammonitio de laude caritatis. Ca.i.

Que nō immemor petitiōis: hāc āmōitionē ꝓ aīe tue ꝑfectu o ꝼr cariſſime: tibi vt rogaſti ꝑbē ſtudui: noui.n. ardorē aī tui erga ſcripturas diuīas: noui tibi īeē ſtudiū legēdi: ⁊ īplēdi qđ legis. Memor igiť ſū lachrimarū tuarꝝ. ⁊ oīs ſtudij tui qđ ītē ſepe ꝑſpexi. dū tecū d̄ aīe tue ꝯmociarer ꝑfectu: ⁊ idcirco me non piguit: ħ qđ mihi tua ſuggerere voluit caritas adīplere: q̄ten⁹ ⁊ tu ex hac ipā āmōitōe ī dñi ḡdatiȝ amore ꝑficiaſ: ⁊ ego tue mercedis effici merear ꝑticeps. Scio vere ñ mediocriť eē beatū. q ſe ſolūmō domino adiuuāte ſaluat. ſȝ noui mľto beatiorem fore: q ſecū alios ad celeſte regnū. trahere feſtiat. Qua ꝑpter hortor tuā eximiaȝ dilectionē vt hāc āmōitionē ſbide legaſ ⁊ memorie cōmendes atqȝ ope ꝯpleaſ: vt alijs bonū exēplū mōſtrando: ⁊ te ⁊ alios ſalues vt d̄ tuo aliorūqȝ ꝑfectu felicē remūerationē ab īmōtali ſpōſo recipe merearis. Mēte ſolerti tractaˀne ħ agas vñ celeſti tuo ſponſo diſpliceas: q2 ipē tibi ſi bñ vt cepiſti ꝑſeueraueris: ī auditā leticiā īuiſū gaudiū cū cetis ꝯdōabit ſcīꝫ paulo affirmāte q ait. Qđ ocľs ñ vidit nec auriſ audiuit. nec ī cor hoīs aſcēdit. q̄ ꝑparauit deus diligētib⁹ ſe. Feſtia igiť ad illud gaudiū: ad illā leticiā: ī q̄ mľti ſcōꝝ regeſcūt. Cōſidera d̄o dilecte. q̄nta ſit felicitas. dei vultū ſine d̄fectu cernere. ſcōꝝ āgeloꝝ chorisītereē cū ſcōꝝ hoīum mľtitudīe ſine fine gaudere: ⁊ ad hec greſſibus ꝟtutū q̄ttidie appropīquare ſtuđ. vt ad ea q̄ ꝯmemoraui recto tramite ꝑgas: citiuſqȝ ꝑueīre q̄as hāc tue btītudini ī āmōitōeȝ ſcripſi: ꝑ quā ñ d̄ vna ſolūmō ꝟtute: ſȝ d̄ mľtis te cupio ꝯmōere ꝟtutib⁹. Quē ꝯmonē iō ſingulari numero amōitiōeȝ voco. q2 q̄uiſ mľte ſint ꝟtutes ⁊ īnumerabilia hortamīta: ad vnā tñ ꝑtinēt viā ad vnū iter ⁊ ad vnā felicitatē ꝑducūt hoīeȝ. Cū igiť de ꝑlib⁹ ꝟtutib⁹ te āmonere: ꝯſiderē. ꝑmū cum paulo apľo hortor: vt caritatis ꝟtutem añ oīa habere ſtudeas. q2 ſicut pāis oībus cibis ē melior: ita caritas oēs añcellit ꝟtutes. Et ſicut ſine pāe mēſa efficiť inops: ita ſine caritate nulla ꝑficit ꝟtus. Sine caritate.n. nec lachrime. nec vigilie. nec nuditaſ. nec caſtitaſ nec elemoſine: nec martiriū hoīeȝ ſaluare pōt. hāc dñs ac redēptor nř ſpālïter nobis ꝯmēdauit. Hec īquit mādo vobis. vt vos īuicē diligatis. Et iterꝝ. In hoc cognoſcēt oēs q2 mei eſtiſ diſcipľi: ſi dilectiōeȝ habueritis ad īuicē. Hanc ioħes apoſtolus laudat: dicēs. Qui māet ī caritate: ī deo māet ⁊ de⁹ in eo: Hāc ꝑdicator egregius cūctis ꝟtutib⁹ ꝑferēs dicit. Si diſtribuero in cibos pauꝑuȝ oēs facultates meas. ⁊ ſi tradidero corpus meū ita vt ardeā: caritatē aūt ñ habuero. nihil mihi ꝑdē. Deinde ſubiūgit. Patiēs ē caritas. benigna ē. Patiens ē ad tolerāda aduerſa: benigna eſt ad bona preſtāda. Stude ergo fideliſſime fr̄ oīa patiēter tolerare aduerſa ipos q̄ȝ q̊s toleras cura: diligere.

De caritatis. et humilitatis connexione. Ca.ij.

Certiſſime tibi ꝯuenit credere ꝙ nunq̄ȝ caritas ſine humilitate ⁊ obedientia regnet ī homine. Si veram habueris caritatem. mox eris humilis ⁊ obediens. Humilitas nāqȝ exi-

mia virtus ē. Hec de terrenis hoīb⁹ fecit
celeſtes. Per hāc diabolus ſuperat̄. ꝑ hāc
ei⁹ laquei vitātur: ſicut beatus antoni⁹ di
cit abbati paſtoꝛi. Vidi oēs inimici laq̄os
tēſos in via ⁊ ingemiſcens dixi. Quiſpu/
tas tranſiet iſtos laqueos? Et audiui vo
cem dicētē: humilitas. hoc vero beat⁹ an
tonius: vt puto: nō ꝓ ſe tm̄ vidit ⁊ audiuit?
: ſed ⁊ pro nobis qui peccatoꝛes. ⁊ inſipien
tes ſum⁹. ⁊ longe ab illi⁹ meritis diſtamuſ
vt nos hec legētes ⁊ opere cōplentes dia
boli laqueos poſſimus vitare: qui ſēper in
quirit quomodo nos decipiat. ¶ Igitur ꝙ̄
magna ſit hūilitatis virtus Martini etiā
monachi vita inſinuat: quē dicūt etiā in iu
uentute valde fuiſſe. manſuetū. humilē ac
ſapientē: ⁊ pro eius virtutib⁹ tm̄ dicūt deo
fuiſſe amabilē: vt dū ad dominicū coꝛp⁹
accederet. angelus ei ſacramenta pꝛebe/
ret. Penſare vero debem⁹ ex hoc miracu
lo ꝙ̄ magnum donū ſit hūilitas: per quod
donū tā amabilis ⁊ tā acceptabilis deo ad/
huc homo mortal' efficit̄. Abbas etiā Da/
niel miraculū narrat: ꝑ quod virtus humi
litatis declarat̄. Erat autē ait ī babylone
filia cuiuſdā illic pꝛioꝛis demoniū habēſ
Pater autē eius diligebat quēdā mona/
chū q dixit ei. Nemo pōt curare filiā tuā
niſi quos ſcio ſolitarios. Et ſi ꝓrexeris ad
eos. nō acgeſcent hoc facere ꝑꝑ humilita/
tē. Sed hoc faciem⁹. qn̄ veniūt afferētes
venalia que opantur dicam⁹ nos emere
velle quod vendūt. Et cū venerint in do
mū p̄ciū accepturi: dicemus eis vt faciāt
orōnē pro ea. ⁊ credo ꝙ ſaluabit̄ filia tua.
Exeuntes ergo ī plateā: inuenerunt vnū
mōachū ſedētē vt vēderet ſpoꝛtellas ſu
as. et tulerūt eū in domū. quaſi pꝛeciū ac/
cipet ſpoꝛtaꝝ. et cū ītraſſꝫ in domū. venit
puella que a demōio vexabat̄: ⁊ dedit ala
pā monacho. Ille autē conuertit ei et aliā
maxillā ſecūdū diuinū p̄ceptū. Demō aūt
dū toꝛqueretur clamare cepit. O violen/
tia mādatoꝝ xp̄i expellit me hinc. Et ſtatī
mūdata ē puella. Cū autē veniſſet ſenex
indicauerunt ei quod factū erat. ⁊ gloꝛifi
cauerunt deū et dixerunt. Conſuetudo ē
diabolice ſuꝑbie. an humilitate xp̄i coꝛru/
ere. Conſiderem⁹ ⁊ nos o ſanctiſſime frat̄
humilitatē huiuſ feliciſſimi monachi: ⁊ q̄n
tū poſſumus imitari curemus. Si igitur
humilitas alterius ab alio demoniū expu
lit ſine dubio firmiter credere debem⁹. ꝙ
noſtra humilitas diabolū in coꝛdibus no/
ſtris regnare non ſinat. Tunc vere iā hu/
militatē habem⁹. ſi omnibus nos putam⁹
eē inferioꝛes. et omnib⁹ venerationē defe
rimus. et omnia que nobis alij faciunt ad
uerſa: humiliter toleram⁹ pꝛopter dei amo
rē. De hac virtute dominus ī euāgelio di/
cit. Omnis enī q ſe humiliat: exaltabitur
et qui ſe exaltat humiliabitur. Ex iſto enī
verſiculo diſcere debem⁹: ꝙ ſuperbia cō
traria ſit humilitati. Ergo ſi vere humiles
eſſe volumus: ſuperbiā fugiamus: quia ſu
perbia deijcit. humilitas eleuat: ad hanc
virtutē pꝛinceps apoſtoloꝝ inuitat dicēs
Humiliamini ſub potēti manu dei. vt voſ
exaltet in die tribulationis. Hec ſentētia
maniſeſtiſſime nobis inſinuat. ꝙ ſi hec dū
viuimus. humiliare nos curauerimus: in
tēpoꝛe tribulationis vel retributiōis ideſt
ī die iudicij. domini nos pietas exaltabit
in celeſti. ſ. in regno. Jam vero ſuperi⁹ dixi
ꝙ caritas et humilitas atq̄ obediētia ab
inuicē ſeparari non poſſint.

## De obediētie bono eiuſq̄ laudib⁹ Ca. iij.

ET q₂ hactenus de caritate ⁊ hūilitate dictū ē: reſtat
vt ſolerter attēdas. q̄lis ſit obediētie vir/
tus: Propter inobedientiā p̄mus hō ab/
iect⁹ ē de paradiſo. Quapꝛopt̄ ſi illuc vis
aſcendere: obediēs eē ſtude. Ut aūt ꝙ̄ ma
gna ſit hec virtus agnoſcas miraculū tibi
ad memoꝛiā reuocabo. Quidā ſecularis
habēs tres filios renunciauit ſeculo. ⁊ ve
nit ad monaſteriū: reliquēs filios ſuos in
ciuitate. Et cum fuiſſet tres annos in mo
naſterio: ceperunt cogitatiōes ſue ei filios
ad memoꝛiā frequēter adducere. et con/
triſtabatur pꝛo eis valde: neq̄ tamē dixe
rat abbati ſe filios habere. Uidens autē
abbas eū triſtē dixit ei. Quid habeſ ꝙ tri/

ſtis eos: Et narrauit ei ꝙ tres filios hēret
ī ciuitate: ⁊ qꝛ vellet eos ad monaſterium
adducere. ꝑcepit autē abbas vt adduce-
ret eos. Qui cū perrexiſſet ad ciuitatē. in
uenit duos ex his mortuos: vnuꝫ vero ſo-
lūmodo remanſiſſe: Quē ſumēs duxit ad
monaſterium. Et regrenſ abbatē nō inue
nit illic. Interrogauit autē fratres vbi eſ
ſet: ⁊ dixerunt ei ꝙ ad piſtrinū perrexiſſet
Ille vero tollens filiū quē adduxit: abijt
ad piſtrinū. Et videns eū abbas venien-
tē ſalutauit. Et tenēs īfantē quē adduxe-
rat. amplexatus eū ⁊ oſculabatur: ⁊ dixit
patri eius. Amas eū: Et ille reſpōdit. eti-
am. Omnino inqt. diligis euꝫ: Et reſpon
dit. etiā: Poſtea vero dixit ei. tolle ergo
ſi amas eū et mitte in fornacē ignis modo
dum ardet. Et tenens eū pater iactauit in
fornacē ardentē. Statiꝫ aūt fornax facta
ē velut ros. ex qua obedientia acquiſiuit
gloriā: quēadmodū abrahaꝫ patriarcha.
Hoc ꝗ miraculū hortor vt memorie tra-
das: vt ſēper obedientie virtutē ante ocu
los habeas. Quia ſicut illo tēpore illiꝰ mo
nachi obedientia extixit ignem fornacis:
ſic et modo ſi fueris obediens. ipſa virtus
in corde tuo ignem vitioꝝ extinguet in te
nequaꝙ̄ poſt mortē in ignem deſcendens
eternū: ſed ad gloriā aſcendens celeſteꝫ: ſi
ne fine manentē. Ergo ama obediētiā: di
lige obedientiā qꝛ magna virtꝰ ē. Ut aūt
illiꝰ magnitudinē adhuc lucidius ītelligas
ſequēs miraculū frequēter lege. Dicebāt
fratres quia narrauit quidā patrū vidiſſe
ſe q̄ttuor ordines in celo quoꝝ primꝰ erat
hoīuꝫ īfirmoꝝ. grās deo agentiū: ſecundꝰ
hoſpitalitatē ſectantiū: inſtanter miniſtrā
tes eis: tertius ordo in ſolitudine cōmorā
tiū. ⁊ non vidētiū hoīes. quartꝰ ordo erat
q ad obediēdū p̄rībꝰ ſpiritualibꝰ ſe ſubiici-
unt propter dominū. Uidebaꝛ autē ordo
obedientiū torquē aureā habere ⁊ multo
maiorē ꝙ̄ alij gloriā habebat. ego autem
dixi ei q mihi hec oīa oſtēdebat. Quomo
do iſte ordo q puꝰ ē maiorē ꝙ̄ alij gloriam
hēt: Et ille rn̄dit ꝙ hi qui hoſpitalitatē ſe-
ctāt ſecūdū propriā volūtatē idipꝫ faciūt.
Similiter qui in heremo ſe religāt arbitrio
ſuo de ſeculo receſſerūt. hic aūt ordo qui
ſe ad obediendū dedit oēs volūtates ſu-
as abijciens. pendet ad deum et ad iuſſio
nē ſpūalis p̄rīſ. ꝓpterea ⁊ maiorē glīā aliiſ
hēt. Quapropter frꝛ cariſſime bona ē obe-
dientia que ꝑꝑ deum fit. Intēde ergo dile
ctiſſime virtutis huius aliquod veſtigiuꝫ
vel ex parte. Obedientia ſalus ē omnium
fideliuꝫ: genitrix ē omniū virtutuꝫ. Obe
diētia regni celoꝝ īuētrix ē: celos apiēſ ho
mieꝫ d̄ t̄ra leuat: obediētia cohītatrix ē an
geloꝝ: ⁊ ſcōꝝ oīuꝫ cibꝰ ē. ex hac. n. abluti ſē
et ꝑ hāc ad ꝑfectōeꝫ venerūt. Ammo
nitio d̄ virtute ꝯtinētie. Ca. iiij.

Iam tempus ē vt pꝰ trium
virtutū doctrinā
vigilāter attēdaſ ꝙ̄ta ſit ꝯtinētie
virtꝰ ⁊ ꝙ cōtinētia n̄ ſolū ī cibo ⁊ potu ſit
ſꝫ etiā ī locutiōe ⁊ ī ſōno ac veſtitu. ⁊ inu-
merabilibꝰ cauſis. Ammoneo igiꝛ dilecti
onē tuā: vt n̄ d̄licatos cibos q̄ras: nec an̄
horā ꝯgruā comedere velis nec dicas in
corde tuo ecce alij ita vꝉ ita faciūt. ſcito ꝓ
certo: ꝙ vnuſqſqꝫ q̄ ī hac vita pluſ ī d̄i ſer
uitio laborauerit: eo maiorē mercedē poſt
mortē a deo ꝯſequeꝛ: Ne igiꝛ tibi ḡuis vi
deaꝛ cōtinētie virtꝰ: miraculū hinc qd̄ ī tri
partita hiſtoria legi ꝓfero. Dorotheꝰ genē
thebeꝰ: talē ducē curauit vitā: vt q̄tidie la
pides a mari colligeret ⁊ ī ānis ſingulꝛ ho-
ſpitiū edificaret: ⁊ ipa hoſpitia d̄dit illis q
n̄ hēbāt. Noctibꝰ aūt ꝑꝑ eoꝝ cibum facie
bat ſportellas. Cuius cibꝰ erat paniſ vncie
ſex. ⁊ oleꝝ minutoꝝ vnꝰ vaſiculꝰ: ⁊ ad bi
bēdū aquaꝫ. hic a iuuētute ſic viuēs nec ī
ſenectute d̄fecit. Nunꝙ̄ viſus eſt ī lectulo
ſoporatus. vꝉ pedes ꝓ rege tetēdiſſe. aut
dormire ꝓ volūtate: niſi ꝙ̄tū opādo aut
comedēdo natura cōpreſſos oculos clau
dere potuiſſꝫ. ita vt ſepe dū comedēdo dor
miret. cibꝰ ex ore eiꝰ laberet. Aliqn̄ ꝗ ſōno
valde ḡuatꝰ: cū ī ſtercore cecidiſſꝫ obdor
miuit. Expꝑgefactꝰ aūt ⁊ ꝯtriſtatꝰ ſub ſilē
tio dixit. Si āgeꝉ dormire ſuaſeris ⁊ mihi
vlteriꝰ ſuadebis. Q d̄ forte dicebat ad ſō
nū vel ad d̄monē q nitebaꝛ bonas eiꝰ acti
oneſ īpediꝛ. Huic laborāti qdā dixit. Cur
ita ꝑimis corpus tuū: at ille. qꝛ me inquit

illuc occidit. Hulꝰ vo ſacratiſſimi mōachi
cōtinētiaꝫ tibi ſcripſi. nc ipa tibi vtus gra
uis videretur. vt cognoſceres quātū ab ā/
tiqs vel modernis qbuſdā pr̄ibꝰ diſtemus.
Audiuit ergo beatitas tua ꝙ dorotheꝰ oī
ãno edificauit cellā ⁊ aliiſ dōauit. Audiſti
etiaꝫ ꝙ ī lecto nō iacebat: ⁊ de pāe ⁊ aqua
⁊ herbis viuebat. Nō iō hoc dico vt tātū
facias tu ſ; te humilies ſimulqꝫ ſcias quā/
tā abſtinentiā habuerūt pr̄es nr̄i: ⁊ neqꝫ
delicatos cibos q̄ras: ꝑſerti cuꝫ ī ꝑfato li/
bro moyſi mōachi ſcriptuꝫ ſit. ꝙ ꝑ multos
annos panē tātūmō comederet: et multuꝫ
opus faceret. Sex aūt ānis per totā nocté
ſtans orauit. neqꝫ gēibꝰ īclinatis. nec ocu
lis ī ſomno ſpōte clauſiſ: īſup etiā circuibat
cellulas monachoꝝ ⁊ lagenas eoꝝ aqua
impleuit: cū longe aut decem aut viginti/
milium aqua māeret. Qui licet ita doma
ret corpꝰ: priorē tn̄ valitudinē non amiſit.
Hec miracula aſſidue lege ſciſſime fr̄: ⁊ ꝑ
hec dei adiutorio ī abſtinētia ꝓficere ſtud
Nō ſimus aūt pati ad oīa qdē concupiſcē
da. recolamꝰ cōtinētiaꝫ beati zenonis ab
batis: Abbas zenon āmbulās aliqn̄ ī paleſti
na: et cum laboraſſet: reſedit vt māduca/
ret iuxta cucumerariuꝫ. Suadebat auteꝫ
ei animus ſuus dicēdo. Tolle tibi vnuꝫ cu
cumerem ⁊ māduca. Qui increpans cogi
tationē ſuam dixit ſibi. Fures ad tormen
ta vadūt: ꝓba ergo teipſum ī hoc. ſi potes
ferre tormēta. Et ſurgens ſtetit in ardore
ſolꝰ diebus qnqꝫ: ⁊ dixit. Si ardorē ſolis n̄
poſſum ſufferre: quomodo ſufferre potero
ignem eternum? Et dixit ad animum ſuū
Si non potes portare tormēta non rapies
cucumerem vt manduces: Verba igit tā/
ti viri conſiderare nos ammonēt: quantū
ab ipſius cōuerſatione diſtemus. Qua ꝓ/
pter perpendamus nos peccatores. ⁊ infir
mos eſſe ī comparatione ſanctorum viro/
rum: vt nos ipſos ex illorum meritis deſpi/
cientes. ꝑ dn̄i piam miſericordiam eorum
conſortiū habere poſſimus. ¶ De continē
tia viſus. ¶ Ca. v.

QUod autem non in
cibo tantuꝫ. ſed et in viſu ſit continentia: ſe
quens miraculū inſinuat. Pyor cū de do
mo patris ad phiaꝫ conuerſationis exiret:
promiſit denuo nullum ſe ꝓpinquoꝝ fore
viſurum. Poſt aliquot vo annos. dum eiꝰ
ſoror eum viuere ⁊ habitare in heremo co
gnouiſſet: non ceſſabat donec eum inſpi/
ceret. Quā cū epiſcopus loci illiꝰ iā gran/
deuam ꝓpterea videret affligi: ſcripſit pre
ſulibus heremi vt piorē dirigerét. At ille
qm̄ cōtēnere nefas eſt iuſſionibus ſēiorꝫ:
obediēs ⁊ aſſumēs q̄ndā venit ad patriā.
Cūqꝫ ān domꝰ ſue ianuam veniſſet. ⁊ ſuū
nūciaſſet aduentū: veniēte germana dixit
Ecce ego ſum pior: quāto vis aſpectu ſati
are. Tūc illa gratificata laudauit. At ille
orōne facta. remeauit ad heremuꝫ. vbi fo
diens aquā inuenit amaram: eaqꝫ vlus ē
vſqꝫ ad vltimum vite ſue diem: Poſt huiꝰ
obitum nullus ibi habitare ꝑualuit. Ego
autē reor q2 per orationē eā ad ſuos vſus
fecerit dulcē: dū etiam alubi. nō ex ſtante
oratione meruit emanare. Nā cū moyſes
⁊ eius monachi puteum aliqn̄ foderent. ⁊
nec venā aliquā reperirent: nec amplius
iā fodere altitudo ꝑmitteret: medio die ſu
ꝑuenit pyor. et oratione facta deſcēdit in
foueā. Cunqꝫ tertio percuſſiſſet trā mox
emanauit aqua. Cūqꝫ oratiōe facta diſce
deret illis eū petentibꝰ: vt vl' ex aq̄ guſta/
ret: ad hoc ingt directꝰ ſū. ⁊ ꝓpt qd vēi ꝑ/
actū ē. Propterea vo o ſciſſime fr̄. hec tibi
de pyore ſcripſi: vt ꝑ te ſcireſ ꝙ cōtinētia
etiā ī viſu ſit neceſſaria. Audiſti vo nūqꝫ
iſte monachꝰ īcautꝰ fuit. q2 nec iobediens
fuit ꝑceptis ſenioꝝ. qui illum ad ſororē ire
iuſſerūt. nec ipſam vidit: viſus ab illa ne ꝯ/
tra ſuum votuꝫ facere videretur. Qua ꝓ/
pter hortor tuam ſanctitateꝫ. vt illū ſtude
as imitari. Non ſit tibi cura videndi ꝓpin
quos tuos vel amicos. quos in ſeculo re
liqſti: ⁊ ꝓ illoꝝ cura orō tueqꝫ lachrime nō
minuātur: ne cū vxore loth retro reſpicien
do in ſtatuā ſalis cōuertariſ. Recole ergo
illū euāgelii vſiculū. ꝙ nemo mittēſ manū
ī aratꝝ ⁊ aſpiciēs retro aptꝰ ē regno dei.
¶ De cōtinentia locutiōis āmōitio. ca. vi.

Hortoꝛ etiam vt in
locutiōe ſis ɔtinēs: vt aſſidue cū
pſalmiſta decātes. Dixi cuſtodiā vias me/
as: vt nō ꝺlinquā ī lingua mea. Poſui oꝛi
meo cuſtodiam. Noli igiť aliis detrahere.
Memēto ꝟbo ꝙ maria ſoroꝛ Moyſi: ſuo
dei ſuoq; fri cū detraxiſſet qd illi accidit.
Narrat.n.byſtoꝛia qꝛ ob hanc culpā lepꝛa
fuerit maculata. ſeptēq; dieb⁹ mā̄ſit extra
caſtra: ꝙ poſtmō; ꝑ orōnē Moyſi fris ſui
mūdata ē. abſit aūt vt ex ligua ꝑ quā pře;
benedicimus. inde maledicam⁹ aut detra
hamus ꝓximo. Recolam⁹ igiť qꝺ ſcriptū
eſt: qꝛ oīs detractoꝛ eradicabiť. vnde era/
dicabiť oīs ꝺtractor. Sine dubio ꝺ cetu ſā
ctoꝝ. Ergo ne ⁊ nos ꝺ ſcōꝝ cōſoꝛtio eradi
cemur: cuſtodiam⁹ a detractiōe linguam
noſtrā. Nō detraham⁹ pꝛoximo quē iube
mur diligere ſicut noſmetipſos. Et nō tm̄
a detractiōe nos opoꝛt; ceſſare: ſ; etiā ab
ocioſis ꝟbis: quia euāgeliū clamat. de oī
ꝟbo ocioſo qꝺ locuti fuerit hoīes: reddēt
rōnē ī die iudicii. Ocioſus ꝟo ſmo ē q nec
ad ei⁹ qui eū loquiť: nec ad ipſius q illum
audit ꝑtinet ꝓfectum. Noli ḡ ꝓferre ꝟba
que riſu; aut cachinū moueāt: ſed magis
que ad ɔpunctionē ⁊ lacbꝛymas. ⁊ ad aīa/
rum ꝓfectum ꝑtinent. Tu⁹ ſmo ſemper
ſit ſale cōdit⁹. Narrat nāq; hyſtoꝛia tripti
ta: āmonē benenſioꝝ pꝛeſulē atq; theonē
multoꝝ monachoꝝ pꝛeſideꝰ fuiſſe. Ambo
nāq; opatoꝛes fuerunt inopinaliū reꝝ: et
diuina pꝛouidētia ꝓphetiaq; cōpleti. Di/
citur theonem fuiſſe eruditū egyptiorum
grecoꝛum latinoꝛumq; ſtudiis: ⁊ trigita
annos hūiſſe taciturnitatē. Poꝛꝛo āmonē
a nullo hoīe viſum iraſcēte. aut iurantem
aut mentientē aut vanu; aliquē vel aſpe
rum vel infirmu; pertuliſſe ſermonē. Ho
ru; tēpoꝛibus fuit elyas monachus in he
remo agens annū centeſimū ⁊ decimu;:
antea tamen ſeptuaginta annis ſolus vi/
xerat ī ſolitudīe: ⁊ vſq; ad hāc etatē ieiunā
do multū ſilendo ⁊ viriliter cōuerſādo pue
nit. Hec miracľa hortoꝛ vt frequēť legas
vt ſcias ꝙ cautū te ī loqndo eē opoꝛteat.

Audiſti ergo nunc. ⁊ vt puto memoꝛie cō
mendaſti ꝙ doctiſſim⁹ theon monach⁹ ꝑ
triginta ānos tenuit taciturnitatem. Hoꝛ
toꝛ igiť vt quia nobis aſſidue tacere non
licet: vel etiam quodlibet id placeat. vt ſē
per a malo detractionis ſileas. Ut ergo
tibi ꝟt⁹ taciturnitatis placeat audi adhuc
qd zacharias de ip̄a inťrogat⁹ rn̄dit. Dixit
abbas paſtoꝛ qa īterrogauit abbas Moi
ſes frēm zachariā dicēs. Quid tu vides?
Et ille. Nihil meli⁹ ꝙ tacere pr̄. Et dixit
Uerū eſt fili: tace. Hoꝛa autē moꝛtis ei⁹
ſedens abbas iſidoꝛus: reſpexit in celu;: ⁊
dixit. Letare: letare fili zacharia: quia ap
te ſunt tibi ianue regni celoꝛum. vides o
ſanctiſſime frater ꝙ zacharie per taciturn/
nitatis maxime virtutē. aperte ſint ianue
celi. vt ergo ⁊ tibi aperiantur ama tacere:
delecta ſilere. Legi ergo de quodam ſer
uo dei ꝙ vt taciturnitatem diſceret: ꝑ plu
res annos lapidem ī oꝛe poꝛtaret. Ammo
neo ḡ atq; iteru; āmoneo vt linguā tuā cu
ſtodias. nulli detrahas: nemini maledicas
nulla riſum mouentia verba pꝛoferas: co
gita ꝙ breuis ſit iſta vita: ⁊ ꝙ̄ miſa ī com
paratione eterne. Hec cogitando: ⁊ lingu
am refrenando: imitando ſcilicet eorum
actum quoꝛum ſuperius mentio facta eſt
aduenies eoꝛum conſoꝛtio. Quomodo au
tem animo tuo multā taciturnitatē incul
care volo ⁊ quia multa bona opera ꝓpť
vitium lingue pereunt: ideo adhuc vnam
ſententiolā ſubiungā. venit in itinere con tino
uerſiōis abbas euagri⁹ ad quēdā ſenē. et
dixit. Dic mihi abba ſmonē ꝙ ſalu⁹ fiā. Et
ille rn̄dit. Salu⁹ ſi vis fieri qn̄ venies ad
aliquē nō pꝛi⁹ loq̄ris: ꝙ ip̄e te īgrat; Eua
gri⁹ ɔpunct⁹ in h̄ ſmone penitētiā egit in
ɔſpectu ſenis: ⁊ ſatiſſecit ei dicēs. Crede
mihi mľtos codices legi: ⁊ talē eruditiōe;
nūꝙ īueni: Et mľtū ꝓficiēs exiuit: Ex his
.n. ꝟbis o btiſſime fr̄ lucide demōſtraṫ: ꝙ
btā ē illa aīa ꝙ taciturnitatis perfecte ha
bet ꝟtutē. Dilige hāc ꝟtute;: poſſide hoc
donum: conſerua hanc margaritā. Aman
dum eſt ḡ ſilentiū: quia ꝑ illud humilitas
nutritur lacbryme generanť ad extremū

multa mala ꝑ illud declinantur. ¶De vi
lium veſtimentoꝝ appetitu. ¶Ca. vii.

Scias deniq̄ȝ o frater. ꝙ ⁊ i veſtimē
tis ſit cōtinētia valde neceſſaria
Sūt.n.multi q putant. ꝙ appetit⁹ ꝓcioſaꝝ
veſtiū n̄ ſit pcc̄m. Nō ſi pcc̄m n̄ eēt: neq̄ꝙ̄
dn̄s ioānem de aſpitate veſtimēti laudaſ
ſet. Ait.n.turbis. Quid exiſtis i deſtuȝ vi
dere? hoīeȝ mollib⁹ veſtitū? Ecce qui mol
lib⁹ veſtiunt̄ i domib⁹ regū ſūt. Joannes
ꝟo mollib⁹ veſtit⁹ eē negat̄: ga qui molli
bus veſtiunt̄: magis t̄reno regi ſuiūt ꝙ̄ ce
leſti. Joānes ꝟo ꝑm⁹ noui teſtamēti mona
chus: pilis cameloꝝ idut⁹ fuiſſe ꝓhibet̄.
Si ille q in vtero mr̄is ſcīficat⁹ fuit. ⁊ deo
multū amabilis atq̄ȝ dilect⁹ extitit q fuit
ver⁹ ꝓpheta ⁊ pluſꝙ̄ propheta. pilis vero
cameloꝝ fuit idut⁹. nos q pctōres ⁊ iſirmi
ſum⁹. quāto magis d̄bem⁹ vilib⁹ veſtib⁹ eē
contēti? Si h̄ culpa nō eēt. nequaꝙ̄ petr⁹
apoſtolus ꝑ epiſtolā firmās a ꝓcioſarū ve
ſtium appetitu cōpeſceret dicens. Nō in
veſte ꝓcioſa. Nemo nāq̄ȝ vt ait papa gre
gori⁹ ꝓcioſa veſtimēta: niſi ad inanē glīaȝ
querit. Peccatores.n.ſum⁹: ⁊ iō precioſa
veſtimēta querere nō debem⁹. Magis
ꝟo ornatū mētis q̄rere ꝙ̄ corporiſ d̄bem⁹.
Ornat⁹ mētis ē caritas. fides. hūilitas. bōi
tas. ac benignitas. De his nāq̄ȝ virtutibus
mens ornat̄. ſine fine cū deo victura. Ca
ro eni ꝙ̄uis ꝓcioſis veſtibus cooperiatur
ꝙ̄uis auro argētoq̄ȝ ornet̄: nihil ē aliud ꝙ̄
caro et puluis. ⁊ lutū et ſterc⁹. Quaprop̄t
magnope ꝓcurare corporis labore debe
m⁹. nō balneū ſubinde iquirere. nō ornata
veſtimēta: q2 ſi d̄licate corp⁹ nr̄m fouem⁹
hoſtem nr̄m nutrim⁹. Nullū.n. maiorē ini
micū nutrit hō: ꝙ̄ corp⁹. Corpus auteȝ tra
hit mētē ad peccāduȝ. Semꝑ debet illud
ſeru⁹ vl' ācilla dei ſbiugatū habere. ¶Et
ſupradicta cum diſcretionis virtute debe
ant perfici. ¶Ca. viij.

Debet nāq̄ȝ corpus affligi per abſtinētiā
ꝑ vigilias ⁊ per diuerſos modos:
ita tn̄ vt ſēper ſuuȝ officium ſuāq̄ȝ obediē
tiā poſſit ꝑficere. Caſtigādū ſēper ⁊ affligē
dū ē corp⁹: vt ad malū op⁹ aīaȝ nō trahat:
⁊ ad ꝑagendū bonū ſit ſēꝑ idoneuȝ. Naȝ q̄
ita corp⁹ macerat. vt nec q̄dē bonū opus
facere valeat: diſcretiōis adhuc ignorat
ꝟtutem; Ut igit̄ ⁊ corp⁹ ſcias affligere ⁊ tē
perare: vnū ſupra relatū d̄ vitiſ patꝝ dicaȝ
ſermonē. Dicebant de quodā patre q2 dū
ſecularis eſſet ⁊ cōiugem habuiſſet: poſtea
cōuerſus tēptabat̄ de ſathana ab ea. Jpe
ꝟo narrauit hoc patribus; Qui cū hoc au
diſſēt. q2 opari⁹ eēt et maiora facere potuiſ
ſet ꝙ̄ officio ſuo agebat: ipoſuerūt ei maio
ra vt debilitaretur corp⁹ eius. vt nec ſur
gere poſſet; Deo autem diſponēte: quidaȝ
peregrinus aduenit ⁊ ptranſiuit. āmirans
ꝙ nemo egreſſus eſſet i occurſuȝ eius. Et
reuerſus pulſauit dicēs. Ne forte frater q
i ea habitat infirmetur; qui cū pulſaſſ3 in
trauit et nimis infirmū inuenit eū: et dixit
ei Quid habes pater? Et narrauit ei di
cens. Ego de ſeculari vita ſum: et ſollici
tat me inimicus de vxore mea; et narraui
patribus: et īpoſuerunt mihi onera diuer
ſa. Et cū implere vellē iuſſa. defeci: et tn̄
ſtimulus creſcit; Audiens hec ſenex: cōtri
ſtatus eſt et dixit ei. Siquidē patres ma
gni viri bene īpoſuerunt tibi onera qui
bus grauaris. Si vero me paruulum au
dire volueris: cito inuenies requiē. Nūc
paululū cibum ſume i tēpore ſuo: et recol
lige vires tuas; fac aliquātulū op⁹ dei: et
iacta i dn̄o cogitatū tuū: quia tuis labo
ribus hanc impugnationē ſuꝑare nō po
teris. Corpus eni noſtrū velut veſtimentū
ē: ſi cum diſcretione tractaueris ſtabit.
Qui cū audiſſet eū. fecit ita: ⁊ infra pau
cos dies receſſit ſtimulus ei⁹. Hāc ſenten
tiam ideo volui ſcribere in iſto ordine: q2
ea que ſuperius āmonui idest ſilētiū nu
ditas abſtinentia corporiſq̄ȝ caſtigatio
cum diſcretione ſunt agenda. Diſcretio
vero magna virtus eſt: q2 per ipſam mala
declinantur et bona ſeruantur. Bonum
ergo op⁹ ſi ſine diſcretiōe fit: cito deficiet
Diſcretio enim mater eſt omnium virtu
tum; quapropter et tuam o frater hortor

diſcretionē. vt oia. cū diſcretione facias: vt
nec ad dexterā nec ad ſiniſtrā corruas. De
hac etiā diſcretiōis ꝟtute habes hoc ſu/
pra i vitiſpatrum. Dixit abbas antonius:
Quia ſunt quidā cōterētes corpora ſua i
abſtinētia: ꝛ qa nō habuerūt. diſcretionē
lōge facti ſunt a deo. Superuenit aūt qui
dam venationē faciēs i ſilua agreſtiū ani
maliū: ꝛ vidit abbatē Antoniū gaudētē
cū fratrib⁹: ꝛ diſplicuit ei. Volens autem
ſenex oñdere ei quia oportet aliquādo cō
deſcēdere fratrib⁹. dixit ei. Pone ſagittā in
arcu tuo ꝛ trahe. Et fecit ſic. Et dixit ei.
Itez trahe: ꝛ traxit: ꝛ dixit ſenex. Trahe
adhuc. Tūc dixit venator. Si ſupra mōdū
traxero: frāgetur arc⁹. Reſpōdit abbas
antoni⁹. Ita eſt in ope dei. Si plus a men
ſura tendun⁹ fratres: cito deficiunt. Expe
dit ergo vt ad momētū hore relaxare iugū eoꝝ.
Hec audiēs venator cōpunctus eſt: ꝛ mul
tum proficiēs in ſmōe ſenis diſceſſit: ꝛ fra
tres ꝯfirmati reuerſi ſūt ad loca ſua. Ma
xima autem mihi cura fuit hec ſcribere
religioſiſſime frat. vt ab vtroqz periculo
te imunē cuſtodias. videlicet vt curā cor/
poris nō dei pponas ſeruitio: ꝛ rurſus vt
dei ſuitiū explere queas. corpori neceſſa
ria miſtrare nō ceſſas: quāqz tuū bonū mi
hi notū ſit ſtudiū: ſz ꝛ nūc ammoneo: vt in
ſcdo loco poſt cōtinentiam diſcretiōis vir
tutē memorie commendes. De bono
compūctionis. que maxime ex mortifica
tione naſcitur. Capitulum. ix

Sed quia ꝯpūctio in omni ope ē neceſſaria: cōmendan
da ē tibi ipa ꝟt⁹ quatēus mortificatiōi iū
gatur compunctio. Puto enim ꝙ vera
mortifitatio ab aliquo poſſideri nō poſſit:
niſi cum cōpunctione. Idcirco tuā carita
tem o frater hortor: vt quicquid agis vel ſi
lentium teneas. vel abſtinentiā facias vel
nuditatem ames. vel vigilias furtiuas di
ligas: omnia pro dei amore fac: ꝛ cū lachry
mis. Si lachryme currūt adeſt tibi ſaluta
ris compunctio. ita duntaxat. vt cum di/
ſcretione de qua ſupra dictum eſt facias:

vt per te non ſcandalizentur alij: ſed poti⁹
edificentur. Sim⁹ ergo i omni ope nro cō
pūcti: vt poſſim⁹ dicere dño cū pſalmiſta:
holocauſta medulata tibi offerimus: holo
cauſtū vero totū incenſum dicitur. Holo
cauſtū ergo dño offert: qui totū ſe dño tra
dit: quod ad monachoꝝ ordinē ſpecialiter
pertinet. Per medulā vero holocauſti cō/
pūctio deſignatur. Holocauſtū vero ſine
medula: eſt bonū op⁹ ſine cōpūctione: hāc
medulā ipſe pſalmiſta alibi pinguedinē
nominat. holocauſtum inquit tuū pingue
fiat. Magna eſt virtus compunctionis: de
qua ſupra in vitiſpatrum ſcriptū eſt. Fra
ter quidam interrogauit alium ſenem di/
cens. Pater quid faciam: Dixit ei ſenex.
Flere debemus ſemper. Contigit enim
aliquem ſenem mori aliquando: ꝛ poſtmo
dum in ſeipſum reuerti: ꝛ interrogauim⁹
eum dicentes. Quid vidiſti abba: Et nar
rauit nobis plorans. Audiui illic vocem
ſine mora dicentē. Veh nobis veh nobis:
ſic ꝛ nos ſemper dicere debemus. Aper
tiſſime vero in his verbis poſſum⁹ cogno/
ſcere quare nobis ſemper flere conueni/
at: ſcilicet ne poſt vite huius diſceſſum in
luctum veniamus eternum. Vtile nanqz
conſilium eſt hic ad temp⁹ deplorare: quia
hec vita breuis eſt: labens eſt: miſera eſt:
cito tranſitoria eſt. Illa alia vita nullum
terminum habet: nūqz finiet. ꝛ ſicut ſci ſi/
ne fine gaudebūt cum angelis i celo: ſic ꝛ
peccatōres ſine fine cruciabunt cū diabolo i
inferno: ꝙ ſi lachrymas ſtatiz vt volum⁹.
inuenire nō poſſum⁹: perſiſtam⁹ i pcib⁹: quia
dñs nobis facile poteſt lachrymas dare.
Multi eni volūt lachymas hre: ſz nō ſtatiz
vt illas volūt inueniunt. Vñ ſup i vitiſpa
trū ſcriptū ē. Interrogauit qdā frat quē
dam ſenē dicēs. Deſiderat aia mea lachry
mas hre. ſic audio ſenes lachrymas effūdē
tes: ꝛ nō veniūt mihi: ꝛ tribulat aia mea.
Dixit ei ſenex. Filii iſrl p⁹ qdraginta ānos
itrauerūt trā repromiſſionis. Lachryme
igit ſūt tra repromiſſiōis: ad qs ſi puene/
ris iā mltū timebis bellū: ita. n. vult deus
affligi aiā: vt ſep deſideret igredi terrā

Mã. Dicebãt ꝺ btõ arſẽio: qꝫ toto tpe vite
ſue ad op⁹ manuũ ſuaꝝ pãnũ hẽbat añ ſe.
ꝑꝑ lachrymas q̃ crebro cadebãt ex oculis
ei⁹; hec ꝟo audiẽtes o cariſſime fr̃. quantũ
debeamus nos preparare ad lachrymas
penſemus; ꝙ ſi illi tam ſancti ⁊ iuſti. et dei
facientes per omnia voluntatẽ. ſic ſe mor
tificabant: quantomagis nos qui peccato
res ſumus flere et lugere debemus. Pen
ſare enim debemus diem mortis noſtre:
et diem iudicij. Penſare etiam debemus
qualis diſcuſſio ibi erit. Audiamus quid
beatus ãmon fratri ſe interroganti reſpon
derit; Frater quidam interrogauit abba
tem ammonem dicens. Dic mihi aliquod
verbum. Dixit ei ſenex; Uade talem fac
cogitationem tuam quẽadmodum faciũt
iniqui qui ſunt in carcere. Illi enim inter
rogant vbi ſit iudex: ⁊ quando venturus
ſit. Et in ipſa expectatione ſua penas ſuas
deplorant. Ita et monachus debet ſemꝑ
eſſe ſuſpectus: et obiurgare animaꝫ ſuam
dicẽdo; veh mihi quomodo habeo aſtare
ante tribunal chriſti: et quomodo habeo
actuũ meoꝝ reddere rõem. Si igit̃ ſic ſẽꝑ
meditat⁹ fueris: poteris ſalu⁹ eẽ atqꝫ ꝯpũ
ct⁹. Et tu o fr̃ fidelis hec audiens: fac ſic vt
iſte ſeru⁹ dei hortatur. Cogita de penis in
ferni. vermis ibi non morit̃. ignis nõ extin
guit̃. luctus nunq̃ꝫ ceſſabit. pena nunq̃ꝫ fi
niet̃: ⁊ ſi ſemper hec cogitaueris ſaluabe
ris. Recole ſẽper illꝺ qꝺ abbas helias di
xit. Ego tres cãs timeo. Primã qñ egreſ
ſura eſt aĩa mea de corpore. Secũdã quã
do occurſur⁹ ſũ deo. Tertiã quãdo aduer
ſum me ſñia eſt proferenda. Et tu frat̃ hec
meditare. hec cogita. hec tracta ſollicite: vt
inferni laqueos poſſis euitare ⁊ ad regna
celorum merearis conſcendere. Lugẽduꝫ
ꝺ eſt. quia ſcriptum eſt. Beati qui lugent:
quoniam conſolabuntur. Neq̃q̃ꝫ hoc de
omni luctu dicit̃. quia ſunt luctus multi.
qui de parentũ morte fiũt vel amicorum
et ꝗ res quas deſiderãt adipiſci nõ poſſũt:
qui pro ſuo luctu non ſunt beati. Solum
modo illi lugentes beati ſunt. qui ſua vel
aliorum lugẽt peccata: ſicut ſamuel defle
bat ſaul: ⁊ paulus deflebat eos q non ege
runt penitentiã a fornicatione ⁊ immundi
cia ſua. Defleam⁹ in hac vita noſtra pecca
ta ⁊ aliorum: quia dictum eſt lugentib⁹. lu
ctus veſter vertetur in gaudiũ. Semine
mus nunc in luctu: vt metamus tũc ĩ gau
dio: cum quib⁹ pſalmiſta dixit. Eũtes ibãt
⁊ flebant: mittentes ſemina ſua. Venien
tes autem venient cum exultatione: por
tantes manipulos ſuos. Uides auteꝫ quo
modo beatus ĩ ſcripturis eſſe predicatur
luct⁹. Audi adhuc quid ſupra ĩ vitiſpatrũ
ſcriptum ſit de eo. Miſerunt aliquan
do ſenes de monte nytri ad abbateꝫ ma
charium maiorem in ſcithi. rogantes vt
veniret ad eos: alioquin ſciret oẽm mul
titudinem ad ſe eſſe venturam: eo ꝙ de
ſiderarent euꝫ videre. anteq̃ꝫ migraret ad
dominum. Qui cum veniſſet in montem:
congregata eſt multitudo fratrũ ad eum
Rogabant autem fratres vt faceret ver
buꝫ ad eos. Ille autem lachrimans ait; plo
remus fratres et producant oculi noſtri la
chrimas: anteq̃ꝫ eam⁹ hic vbi lachrime no
ſtre corpora noſtra comburant; ⁊ fleuerũt
omnes proni in faciem ſuam dicentes.
Pater ora pro nobis. Abbas etiam ſil
uanus aliquando ſedens cum fratribus
factus eſt in exceſſu mentis: et cecidit ĩ fa
ciem ſuam. Et poſtmodum ſurgens: plora
bat. Et interrogauerunt euꝫ fratres dicẽ
tes. Quid habes pater? Ille autem tace
bat ⁊ flebat. Cõpellentibus autem illis di
xit. Ego ad iudicium raptus ſũ. ⁊ vidi mul
tos de habitu noſtro ire ad tormenta: et
multos ſeculares ire ad regna; ⁊ lugebat
ſenex. et noluit deinceps exire ꝺ cella ſua
Sed ſi exire cogebatur operiebat cuculla
faciem ſuam dicens. Quid neceſſe eſt vi
dere lumen hoc temporale in quo nihil eſt
vtile. Manifeſtuꝫ eſſe prudentie tue cre
do. q̃ꝫ magna ſit virtus compũctionis: per
quam peccata deleantur et virtutes acq
rantur. Nolo autem vt ab hac virtute
tua ſit mens aliena: que in peccatoribus
hominum habitat. Per hanc multi domi
no placuerunt: per hanc diabolus vincit̃:

per hanc vicia ſuperantur: per hanc dñs ad miſericordiã prouocatur: per veras eteniȝ lachrymas ea que dicta ſunt complentur. Veras nãqȝ lachrimas habet. qui hoc nõ committit quod defleet: hoc eſt docte plãgere. Docte plãgit. qui plãgens malũ quod fecit: non perpetrat. quod iterum plãgere debeat. Dicit eniȝ iſidorus: qr liberior ẽñ penitens. ꝙ qui adhuc agit quod pẽiteat

De qualitate compũctiõis. Cap. x.

QUela propter poſt luctum ãmonenda eſt beatitas tua vt quod plangitur deſiderio emẽdãdu: ne iterũ delectetur diabolo ſuadente. Cani namqȝ aſſimilatur omnis penitens: qui plangendo iterum committit quod plangat. Canis reuerſus ad vomitum: et pẽitẽs ad peccatum. Multi eniȝ lachrimas indeſinenter fundunt: et peccare non deſiſtunt. Et ideo dilectiſſime caritatem tuam hortor: vt quod plangis iterum iterare non velis. Scito ergo ꝙ ille qui quod plãgit iterum committit: ſimilis ſit illi qui lauat laterẽ crudũ: qa ĩ eo qđ magis lauat magis lutũ facit. Eſaias nãqȝ hortatᷣ dicẽs. Lauamini mundi eſtote: auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Lauatur etenim et mundus non eſt: qui quidem peccatum plangit ⁊ iterat. Lauatur et mundus efficitur: quiſquis plangẽdo malum quod fecit iterum non committit. De illa enim anima que plangit mala ſua et iterat: de ipſa ſcriptum eſt in propheta. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Non ideo hec tibi ſcribo. vt de te ſuſpicer talia: ſed vt pleniter et lucide ſcias qualis compunctio eſſe debeat.

Ammonitio de modo orandi. Ca. xi.

ET quia tibi manifeſta eſt iam compunctionis virtus: reſtat vt modus orandi tibi pandatur. Dominus enim oſtendit modum orandi: cum rogatus a diſcipulis vt eos doceret orare dixit. Cum ſtatis ad orandum: nolite multum loqui: ſed dicite. Pater noſter. et reliqua. Oratio breuis eſſe debet: niſi forte ex affectu diuine gratie protendatur. De beato arſenio dicebant qr veſpere ſabbati luceſcente in dominica: relinquebat pᵒ ſe ſolem. extenſis manibus ad celum orãs donec mane die dominico aſcendens ſol illuſtraret faciem eius: et ſic reſidebat. Videat ergo o ſanctiſſime frater caritas tua ꝙ fortis iſte vir fuerit ĩ orationis officio: qui de veſpera vſqȝ mane extenſis manibus orabat. Non ideo hoc tibi ſcripſi. vt tu ſic facere temptes: ſed vt affectuȝ et ſtudium quod ille per totam noctem vel etiam per totum tempus habebat. tu vel regularibus horis habere ſtudeas: et ſic ſtes in oratione. vt mens tua concordet voci tue. Audiat igitur dilectio tua adhuc verbum de modo orandi. Narrauit abbas dulos: qui fuit diſcipulus abbatis beſarionis. dicens. Veni aliquando in cellaȝ abbatis mei. et inueni eum ſtanteȝ ad orationem et manus ſuas extenderat ad celum: permanſerat autem perficiens iugiter quatuor dies: et poſt hec vocauit me dicens. Sequere me. Et exeuntes perreximus in heremum: et cum ſitirem. dixi: Abba ſitio. Ille autem tollens peram diſceſſit a me quantum iactus eſt lapidis: et facta oratione attulit eam aqua plenam. Et iuimus in ciuitatem illico. Et venimᵒ ad abbatem ioannem: et ſalutantes eum fecimus orationem. Deinde ſedentes ceperunt loqui de viſione quam viderant; Dicebant autem ſe audiſſe de abbate ſyſoio qr niſi manus ſuas cito depõeret qñ ſtabat ad orationem: rapiebatur mens eiᵒ in ſuperioribus. Si ergo contingebat aliquis fratꝛ cũ eo orare: feſtinabat cito deponere manus ſuas ne raperetur mens eius et moraretur. Dicebat etiam ſenex alius. qr aſſidua oratio cito corrigit mentẽ. Dicebat quidam patrum. quia ſicut impoſſibile eſt vt videat quis in aqua turbida faciez ſuã: ſic et anima niſi purgata fuerit a cogitationibus alienis non poteſt contẽplari deum. Audiſti quoqȝ ꝙ abbas ſyſoius niſi cito dimitteret manus: raperetur

in cōtemplationem. Quare q̄ repente ī cō
templationē raperet: Sine dubio mortifi
catꝰ erat. Audiat igitur dilectio tua qua/
le ſtudiū beatꝰ Paulus monachꝰ habuit
orandi: qđ in eccleſiaſtica hyſtoria ſcriptū
habet. Fuit paulus de libia ſcithiis nō mi/
nus quinquaginta habēs monachos: nihil
aūt operabat neq; percipiebat: niſi qđ co
mederet tantū. Orabat aūt ſolūmodo: ⁊
veluti quoddā tributū habens īpoſitum:
trecētas orationes deo vnaquaq; die red
debat. Et ne vna die derelinqueret trecen
tos lapides ponebat: ⁊ ſingulis oratiōibꝰ
lapidē in ſinū mittebat. Expenſis ǵ lapidi
bus: oratiōes ſciebat eē cōpletas. Multū
igitur debemꝰ nos humiliare: qui ⁊ longe
ab illoꝝ meritis quorū ſuperiꝰ mentio fa
cta eſt diſtamꝰ: ⁊ ſic prōpti ad orationē fa
ciendam non ſumꝰ vt illi. Oratio ħo iūcta
